



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LXXXIIX. Præsidium, Auxilium, Beneficium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

V.

Præsentia facit, ut consensus præsumatur, l. qui tacet 142. ubi Decius & Cagnol. ff. de R. I. maxime si præfens contradicendo potuit actum impedire, l. sepe 63. verb. sed scientibus. & in verb. car autem. ff. de re judic. l. 1. §. Magistrum 5. ibi: Caterum si scit. gloss. in l. si fidejussor. §. 1. verb. manifestum. in fin. ff. de pign. & in cap. 2. verb. tacerit. in fin. 27. distinct. & gloss. in c. 2. extr. de his que sunt à Prælat. gloss. in l. si fidejussor. §. qui recusare. ff. qui satisd. cogantur. gl. in l. fin. §. si prædixerit. ff. naut. cap. stabul. Alex. conf. 129. n. 16. vol. 4. Ubique enim aliquis est præfens alicui actui, quem contradicendo possit impedire, nec ei contradicit, sibi præjudicare perhibetur, Bart. in l. que doris. col. fin. ff. solut. matrim. Intelligit, si scilicet de modico præjudicio agatur. l. 7. §. 1. ff. de pecun. Salic. 28. ff. de commun. divid. l. Labeo 19. cum gloss. ff. de acqu. plev. arcend. Jason. in d. l. que doris. n. 38. add. infr. lib. pen. c. tacens. & quod præsentia multa operetur, vid. Cujac. in Papim. lib. 79. de Verbor. Obligat. & in parat. C. de inutil. stipulat. imò quod poenitentiam intemptivam excludat, text. est in l. 1. C. de Error. Advoc. junct. l. 60. de Reg. Jur.

VI.

Præsentia non præsumitur, sed probanda est, Matth. de Afflict. in decis. Neapolit. decis. 299. n. 28. Bald. in l. 2. C. de statutis & imagin. Paulus de Castr. in l. illud. Cod. de SS. Eccles. quia facti est, Carpzov. part. 3. confit. 3. defm. 25. n. 5.

VII.

Præsentia aliquo non dicitur fieri, si non intelligat, l. diem 27. §. coram 5. ff. de recept. arbitr. gloss. in cap. ut circa. verb. coram. lib. 2. de Elect. Sic furiosum infantem aut dormientem non videri coram fecisse, respondit Florian. in l. coram 209. ff. de V. S. quem allegat Honthem. 2. de Art. Notar. cap. 14. n. 4. Licet enim præsentia semper excludat ignorantia allegationem, A. Faber in Cod. suo de Edendo def. 21. secus tamen in his modò dictis personis observatur, quia etiam præfens absentium loco habentur, l. ubi non nocet 124. §. 1. de Reg. Jur. l. sed si. 52. §. filiusfamil. ff. de injur. Antonius Faber dict. loc. n. 11.

VIII.

Præfens cujusque rei status spectatur, non præteritus aut futurus, l. uxori sue 33. in princ. & §. 1. de legat. 3. ita in vindictis seu provisionibus & immisionibus impetrandis satis est videre contractum seu testamentum, ex quo agitur ejusmodi esse, ut quantum ad præfens rejici fides scripturæ non possit vulg. l. optimam 14. de contr. committ. stip. & l. ult. de edic. C. de reb. cred. Mornac, ad l. 7. C. de reb. cred.

IX.

Ad præfens ova, cras pullis sunt meliora, inquit Gloss. in l. cum hi 8. verb. Medico præfente. ff. de transact.

X.

Quotiescunque lex in specie præsentiam personæ requirit, toties si quis per alium id faciat, ipse fecisse non intelligitur, quia sic legi satisfaciendum, quæ ita personæ præsentiam pro formâ substantiali requirit. Ita ergo in pro-

priâ personâ juramentum assertorium deponendum, cap. 47. X. de testibus, præsertim in Saxoniâ, Carpz. P. 1. Conf. 12. def. 31. sic quoque in propriâ personâ quis exhibere debet in judicio testamentum, Carpz. P. 3. Conf. 3. def. 33.

XI.

A Principe præfente dignitatem accipere honoratius est quàm ad absente vel per alium: & dignitas collata præfenti honoratior est, quàm quæ absenti defertur, & honoratior est, qui ad latus principis præfentes sunt. Brunnem. Caut. dignit. ordo. in fin.

XII.

A statu rei & personæ de præfenti in præteritum præsumitur, hinc qui hodiè solvendo non est, & ante longum tempus non fuisse censetur, Brunnem. ad l. 1. C. de peric. nominat. in fin.

CAP. LXXXVII. Præsentatio.

Axioma I.

Præsentationes sunt juris patronatus fructus, cap. consultationibus 19. de jure patronat. cap. cum Bertholdus 18. de re judic. cap. decernimus 32. & cap. filiis 35. 6. quest. 7. Philipp. Port. conf. 102. ex facto proponitur. n. 13. Ruin. conf. 50. super themate, n. 1. lib. 5. Petrus Duen. reg. 260. incip. existentes in quasi possessione. Roland. à Valle conf. 47. n. 30. lib. 1. Panormitan. in d. c. consultationibus. num. 3. vers. sed ratio decidendi, & d. c. ex literis. num. 3. & 7. ibidemque Berous n. 12. de jure patron.

CAP. LXXXVIII. Præsidium, Auxilium, Beneficium.

Præsidium & Auxilium Legis meretur amittere, qui in Legem delinquit, cap. ult. de immunit. Eccles. l. 37. ff. de minor. l. 6. si quis omissa causa ratio est in l. 14. C. de Judeis. Exemplum in §. ult. C. de his qui ad Eccles. si quam 4. de opt. libert. conf. supr. lib. X. cap. X. §. 39.

CAP. LXXXIX. Præsumptio.

Axioma I.

Quoties quid ex facti circumstantiis non concurrente juris dispositione colligitur, toties est præsumptio hominis, quia hæc ab homine, seu judice tantum inducitur ex prudentiâ judiciariâ. Exemplum est in l. 23. ff. de minor. ubi judex ex habitu corporis præsumit de alicujus ætate. Aliud habet Baldus in l. 10. C. de probat. de juvene assidue adeunte virginem, quod ille præsumatur pater partus ab eâ editi.

II.

Quoties lex tantum aliquid præsumit, non verò simul de eo disponit, seu non simul condemnat, toties est præsumtio juris, quia hæc à jure inducitur. Exemplum est in l. 24. ff. de probat. ubi ex cancellatione Chirographi lex præsumit

(M) 4